233

F

40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

233
F 40

Door Johannes van Wesel?

Zwolle, Simon Corver, ca. 1522

N.K. 157

Wittenberg Predigerseminar
Leuven Bibl. S.J.
Zwickau i. S. Ratsschulbibliothek
Tjeenk Willink Wezep
Waller, Driebergen (dit ex)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

574208

❧ DE AVTORITATE OFFICIO ET POTE STATE PASTO RVM ECCLE SIASTICO RVM.

Et quatenus ſint audiendi: e ſacris literis declaratio.

Prim⁹ Papa potẽs Paſtor pietate paterna
Petrus, perfectã plębem paſcẽdo parauit
Poſthabito plures pp̄ſo : priuata petentes
Pinguia Põtifices, ꝑdũt proh paſcua plę
(bis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

¶ Concluſiones aliquot.

1 Præceptā nemo negat obediētiā in licitis & honeſtis.

2 At neq; licitum neq; honeſtum probabitur, ut nudus nuncius (qui grę ce dicitur Apoſtolus) aliquid præcipiat qđ dominus prius non p̄ceperit, cuius legatū exprimit.

3 Quem deus miſit, hic uerba dei loquitur.

4 Ergo qui non loquitur uerba Dei, hic non eſt a Deo miſſus, proinde neq; eſt Apoſtolus.

5 Quod adeo uerum eſt ut uirginitatem (cum honeſta tamē eſſet & licita) Paulus p̄cipere non potuit, ꝙ eā præceptam a deo non habuerit, idq;, ne laqueum inijceret fidelibus.

6 Quare clarū ſit ꝙ Apoſtoli non dominabantur fidei, ſed erant adiutores gaudij.

7 Item non fuerūt præceptores aut authores uerbi, ſed miniſtri tantum & diſpenſatores. Dicit enim dominus: Qđ ego p̄cipio tibi, tātum facito.

8 Quo fit ut apud Ezechielem in pręceptis patrum noſtroꝝ prohibeamur ambulare & iudicia eoꝝ cuſtodire.

¶ Euangeliū eſt dei uirtus ad ſalutē omni credenti.

1 Tota igitur ſalus credētiū in uirtute dei & Euāgelio

2 Stat ergo ſententia Eſaiæ, ꝙ ſine cauſa homines timent deum mandato & doctrinis hominum.

3 Vana nimirum ſalus hominis.

4 Maledictus qui ponit ſpē in homine & ponit carnem brachium ſuum.

5 Vbicūq; non eſt in homine uirtus dei & Euangeliū ibi mendax neceſſario etiam omnis homo reperitur.

6 Quapropter qui iniqui ſunt, hoc eſt, carentes Euāgelio & uirtute dei, narrāt fabulationes, ſed non ut lex dei.

7 Cui confidit ergo q̃ mēdacio, qui confidit fabulationibus ſine lege dei?

8 Leuādi ſunt igit̃ oculi ad unū dn̄m vn̄ uenit auxiliū.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

¶ Epiſtola cuiuſdam ſacrarum literarum ſtu-
dioſi reſponſiua, tractans de Pontificei
muneris functione & authorita
te ſuperiorum in ſubdi
tos & ſubditorum
in ſuperiores
obedien
tia.

LEctis tuis literis Chariſſime cõfrater mirum in modum ſum delectatus, q̃ diuini uerbi lectionem reſiperent, & Chriſtiani pectoris ardorem prę ſe ferent. Quoniã ex noſtris literis ſuperiorib⁹ arrepta fortaſſis ſcribẽdi anſa indicaſti, quid rectorum imperijs ſit deferendum (quo & ego hic meam tibi libere mentem aperiam) ſtatuere eſt animus quę uerę ſint Pontificei muneris partes, tum quatenus Pontificum ſcita arctẽt Chriſtianos. Deinde quid magiſtratus noĩe plębeis hominibus imponi poſſit, aut certe iure debeat Principum titulo & nomine. Poſtremo ferendam eſſe quorũ cũcꝫ magnatum tyrannidem, & imperijs temere non eſſe reclamandum, quatenus ratio Euangelij per tolerantiam afflictionum non periclitetur.

Sũma dicẽdorꝝ, q̃dripartita s capit partes.

¶ Principio igitur, Chriſtus legis uere inſtaurator, imo ipſa uitæ lex, Pontificum authoritatem ſtatuit cum dicit: Super cathedram Moſi ſedebunt Scribæ & Phariſæi, quæ dicunt facite. Et alibi. Qui uos audit, me audit, qui uos ſpernit, me ſpernit. Et apud Apoſtolũ: Qui reſiſtit poteſtati, dei ordinatiõi reſiſtit. Bene dicit ſeruator: Sup cathedrã Moſi ſedebũt. Sedẽdo eñ ſup cathedram (ſecũdũ Aug.) legẽ Dei docẽt, ergo p illos Deus docet. Sua uero illi ſi uelint docere, nolite audire, nolite facere.

Quæ dicunt igitur ſedentes ſuper Cathedram (id eſt ſecundum legem dei iudicantes) facite, non quia ipſis ita eſt uiſum, ſed quia a ſolo deo proficiſcitur, qđ quaſi per manum ſacerdotis imperatur. Quid enim loquitur qui ex proprijs loquitur, q̃ mendacium? An non omnis homo mẽdax, & vani filij hominum, mendaces filij hominum? Quãobrem paſtoribus ſui gregis ait Chriſtus: Ego dabo uobis os & ſapiẽtiã, non uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Paracletus ſpiritus quẽ mittet uobis pater, ille uos docebit omnia. Et dabitur uobis in illa hora quid loquamini. Et apud Prophetã. Dominus dabit uerbũ bona nũciantibus uirtute multa. Quiſquis ergo non docet legẽ domini, non ſedet ſuper cathedram Moſi, proinde nec eſt audiendus. Nolo interim hic Pontificis aut etiã Papæ nudam obijci perſonã, quaſi hoc unum ſatis ſit, qđ nobis fidem facere debeat, diuinum eſſe quodcũq; prę cipiatur, quando & nomen, & titulum, tum gloriam & perſonam cuiuſuis etiam angeli, nedum Papæ aut hominis, pro laruatis laruis deſpicio: vbi uerbum bonum non eructent, vbi uerba uitæ non ſonent, vbi ſola ſeſe perſona & titulo iactent, & authoritatem quælibet ſtatuendi his fucis ſibi traditam uideri uelint, quando & Chriſtus hæc omnia in Iudæ proditoris apoſtolatu deſpexit, & Apoſtolus angelorum religionẽ nihil quicq̃ reuerendã, niſi apoſtolatu fungantur Chriſti, idq; adeo ut anathema uelut huiuſmodi faciebus & perſonis cõmoueri pios, tantũ abeſt, ut externos fucos, uanum ſplẽdorem, tragica uerba, gentiliceas Rabbinorum adſalutationes quicq̃ momẽti habere credam. Neq; erroneã hic refero conſcientiam hæc ita eſſe, mihi meridiana luce clariore exẽplo Apoſtolus cõmõſtrat, q̄ in faciẽ auſit imo coactus ſit, inſiſtere Petro etſi primas omniũ con-

Paſtor & Epũs docens ſua, nõ docet.

Angelorũ religio nõ eſt reuerẽda ſine ṽbo, nedum primatus Papæ hõis.

ſenſu tenēti, ꝙ non ſynceriter ambularet, ꝙ imprehēſibilis eſſet, atteſtans, deū perſonā hoīs non accipere. Cui autē nō ſit ꝑſpicuū, Papę titulū, doctrinę exiſtimationē ſciētiæ famā (ſi ſola conſiderētur, & nihil ꝑter inanē harum rerum ſtrepitum aures tuas feriat) eſſe mere perſonalia? & deo nihil reſpicienda? Quid ergo obſecro protinus uerum putamus citra dilectum, quicquid hę laruę hæc ſimulachra, adde & Idola, uelint (non interrogato ore domini) ſcribant, mandent, decernant, præter uerbum, quod unum audiendum ꝑcipit dominus, filiū ſuū nobis commendans e ſupernis: Hic eſt filius meus dilectiſſimus in quo mihi bene complacitū eſt, ipſum audite, non Papam, nō Pontificem, non legiſlatorem hominem, niſi hunc ipſum doceāt filiū. Sic ſeruator apud Ioannem: qui audit uerbum meum (inquit) & credit ei qui miſit me, habet uitam æternam. Solum pr̄is uerbū dei filiꝰ unus eſt audiēdus ꝑ quęcūq.

¶ Apoſtolus, nō uno loco, cōmiſſo ſibi a domino Euāgelio, fidem habēdam prædicauit, non perſonæ ſuę, nō opinioni ſui nominis, quando hoc uno titulo glorioſulus uideri uoluit, ꝙ miniſtrū tātum expreſſit, ꝙ legatione Apoſtolica functus eſſet, ꝙ preconem egiſſet cui crediſſet. Quid enim eſt Apollo (inquit) quid Cephæ, q̄ miniſtri eius, cui crediſtis? Ego plantaui, Apollo rigauit, dominus autem incrementum dedit. Neq qui plantat eſt aliquid, neq qui rigat, ſed qui incrementum dat. Apl̄is non eſt habenda fides, ſed ꝑdicato euāgelio.

Videat Epiſcopus Romanus qua fronte ſe ſanctitatis imo ſanctiſſimæ ſanctitatis encomio celebrari patitur a ſuis palponibus & peſtilentiſſimis gnatonibus, quando ipſum Chriſti organum, ſibi non permittit aliquid attribui præter miniſterium. Quare cum de uirginitate ſermo incidiſſet, quæ alioqui per ſe laudata eſt ſatis, hic tamen ueritus eſt, præcepti nomine, uirginitatis obſeruādæ rationem ſtatuere, tantū dicit, de uirginibus præce- Parum pie ſc̄titatis titulū patit̄ Romanorum, ep̄s a palponibus.

p̃tum non habeo,conſilium autem do,ueluti anxius & ſollicitus,ne ſepta commiſſi Euangelij uel ad latum digitum tranſiliat. Alias vbi hoc non reueretur, fidenter pronunciat:Non ego dico,ſed dominus: Puto ꝙ & ego ſpiritũ dei habeam. Qui uobis aliud nunciauerit ꝗ̃ p̃dicaui uobis execratio ſit. Cæterum apud Corintheos coactus per noxias pſeudoapoſtolorum perſuaſiones, pio certe ſtudio,ſui agere p̃conium,mire laborat,ne qua fiat ut Euangelium Chriſti male audiret,ꝙ non defuiſſent, qui criminarentur Paulum nõ poſſe cum his qui maximi haberẽtur gloria & laborum inſignijs decertare. Et tamẽ tãtum abfuit,ut ſeſe uenditarit per ea quæ Euãgelij gratia perpeſſus eſſet,ut ſtudiorum & laudum cõmemorationem inſipientiam ingenue coram fateretur: Inſipiẽs inquit fui uos me coegiſtis. Ceſſent ergo & ne uel ſemel quidẽ mutiãt palpones Papiſtici nominis,quippe in quo ne minimam quidem Paulini triumphi portionem deprehendere poſſint. Tantum ueritas Euangelij enarretur,fidei modo negocium celebretur,& ceruicem noſtram Chriſto,& per hoc Papæ Chriſti Legato & fido dei miniſtro ſumus actutum inclinaturi.

Apoſtolus eſt q manet in ſermone patris.

¶ Seruator Apoſtolici nominis gloriam obtẽturos pollicetur,qui permãſerint in ſermone ſuo. Nam quẽ Deus miſit non poteſt nõ uerba dei loqui. Extra diſciplinam ergo eſt patris,cuius ſermo cum uerbo patris non recte coit. Cucurrerunt inquit & ego non miſi eos. Ipſe uerus & longe optimus animarum noſtrarum tum paſtor tũ Epiſcopus, de ſe teſtatur : Verba quæ ego loquor, non ſunt mea,ſed eius qui miſit me patris . Et filius hominis non poteſt quicq̃ facere quod non uiderit patrẽ facientẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Hoc ipm & recte & uere dixerit Papa, ſi mādatū & uerbum Papæ non pugnet cum uerbo patris: id quod Decretales ad farinas Papiſticas pertinentes negant. Quo fit, ut ne Angelo quidem e celo credendum pronunciet, ſi aliud q̄ uerum dei uerbum tradat. Sermo enim domini ueritas eſt, & mandatum domini uita æterna. Tum Apoſtolus nobis ſui muneris functionē cōmēdat: Non audeo loqui aliquid quod per me non efficiat Chriſtus. Et ſuū miniſteriū probe agnoſcens & certius edoctus. Non poſſumus aliquid contra ueritatem, ſed pro ueritate. Et poteſtatem inquit dedit mihi dominus in extructionem non in deſtructionem fidei. Hoc efficit Chriſtus per te Papa ter ſancte, ſi quod facis, uerbo dei eſt cōſentaneum. Ad hæc alibi ſcribit Apoſtolus. Non accepiſtis ſermonem hominum, ſed ſicut uere eſt ſermonē Dei, qui & agit in uobis credētibus. Quod ſi quis diuerſam ſequitur doctrinam & non accedit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, is inflatus eſt nihil ſciens. Quare ſcribit Tyto: Oportet Epiſcopum amplecti eum qui ſecundum doctrinam eſt fideliter ſermonem, ut potens ſit exhortari in doctrina ſua, & eos qui contradicunt arguere.

Qn̄ credendum epo.

¶ Quibus perſpicuum redditur, uerbum domini tantum tradere Apoſtolum & Paſtorem, qui uerus ſit Apoſtolus, qui uerus ſit Paſtor, alioqui diuerſam doctrinā adſerēti non erit credēdū. Quēadmodū Hieremias docuit ſecernere uerū a falſo paſtorē. Cum uenerit (inquit) uerbū illius, tunc ſcietur Propheta quē miſit dominus in ueritate. Non uocem ſuā dicunt amici ſponſi: ſed

gaudio gaudent (dicit Auguſt.) propter uocem ſponſi Quare apud Hieremiã dicit dominus: Ecce dabo uobis paſtores iuxta cor meum, qui paſcant uos ſcientia & doctrina. Filiæ ergo Syon (dicit Iohel) exultate & letamini in domino deo ueſtro, quia dedit uobis dominus doctorem iuſtitiæ. Quiſquis Chriſtum nobis docet iuſtitiã factũ, hic doctor eſt, quem dedit dominus. Quiſquis paſcit ſciẽtia & doctrina, ille paſtor eſt, Epiſcopus eſt, ſecũdũ cor domini. De alijs dicitur: Prophetauerũt & nõ ex me. Vbi non audio iuſtitiam, non ſcientiam, non doctrinam, ibi nec doctorem agnoſco, nec Epiſcopum amplector, nec paſtorẽ ſuſpicio. Quid reliquum eſt, niſi ut Idola ſint muta, uentri tantum ſuo ſeruiẽtia, non Ieſu Chriſto, ſolo nomine paſtores, ſolo titulo doctores, ſolo uocabulo Epiſcopi, qui omnes perſonarum & facierum ſuarum fucis, bis miſere imponunt populo. Nihil equidem moror bicornẽ mitram, nihil me mouet ſplendida infula, pro ſtercore duco poſtorale pedum gẽmis & obryzo auro obductum: Irrideo heroica nomina, miſeroſos titulos, magnificos triumphos, quę tantũ facies ſunt, & nihil minus ꝗ̃ ueri paſtoris, ueri Epiſcopi, ueri doctoris inſignia, ſi modo id deſit qđ unum hæc omnia commendat, imo tolerat. Verũ Moſi dicit dominus: Quod ego præcipio tibi, hoc tantũ facito domino, non addas, neq; minuas. Vbi nunc mare illud uoluminum Pontificiorũ ſi nihil uel addendum uel minuẽdum ſit p̃ceptis domini? Quid infinitis illis legibus ut oneroſiſſimis, ita & impijſſimis utitur Eccleſia, niſi forte ioculare habetur mãdatũ, quod ſic p̃ceptum ſit Moſi. Neq; enim deſunt ex canonicis literis, quæ ſaluti noſtrę neceſſaria forent. Exemplar habeto ſaniorum ſermonũ dicit ille. Electa ſunt (dicit Auguſtinus) quæ ſcriberentur, quæ ſaluti hominum uidebantur conuenire, ſcriptura ſancta eſt quæ ca

Dñs dat doctorẽ iuſticiæ

Confutatio facierũ & laruarũ quę aliqd pollicери uidentur.

nonicis libris prodidit ſpiritus ſanctus. Interim non deſunt qui uel hoc nomine decreta quorumcūq; Pontificum obſeruanda putent, ꝙ uoluentibus tot annis & patrum longa obſeruatione in præcepta abierint. Sed hęc aduerſariorū argumēta facile eluſerit, quiſquis ſecū reputauerit regnum Babilonicum per hoc non commendandum, ꝙ aliquot ſeculis ſteterit. Item apud Eſaiam ꝑcepiſſe dominum: In præceptis patrum ueſtrorum nolite incedere, iudicia eo℞ nolite cuſtodire, nec Idolis eo℞ polluanimi. Ego dominus deus ueſter: In ꝓceptis meis ambulate, iudicia mea cuſtodite. Quamobrem execratur dominus illos, qui propter traditiones hominū trāſgrederentur præcepta dei. Qui nouis onerant ꝓceptis populum, non dei nuncios aut uerbi adminiſtratores referunt, ſed Principes agunt & regnum uendicant. Vt quid inquit libertas mea iudicatur ab aliena conſciētia?

Nō incedēdum in vīis patrū, neq; iudicīis patrum obediendum.

¶ Quocirca faciles aures pię Apoſtoli monitioni accōmodantes amiciſſime confrater, non amplius pueri ſimus, qui fluctuemus & circūferamur om̄i uento doctrinę, per uerſutiam hominum quemadmodum Hebręis etiā ſcribit: doctrinis uarīis & peregrinis nolite abduci & circūferri. Intelligimus enim quid a Pōtificibus Apoſtolorum ſucceſſoribus atq; ab eo Papa Chriſti quando ſe iactat Vicario ſit aut ſperandum aut petendum, nempe dei uerbum, quo, ſi nos paſcant, haud aliter atq; ipſe Chriſtus (cuius hic partes agunt vicarias) ſunt audiendi. Si uero non paſcant, ex præſcripto Petri, eos in cordis noſtri tecta recipere nolumus, ne operibus eorū malis & uerbis mendacibus, uideamur alioqui communicare. Quin & iuxta conſilium Apoſtoli, nullum commercium habentes cum operibus tenebrarum infrugiferis, ea potius arguamus. Rogo uos fratres dicit Apoſtolus, ut obſeruetis eos, qui diſſentiones & offendicula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

præter doctrinam quam uos didiciſtis,faciunt,& decli-
nate ab eis:Huiuſmodi em̃ Chriſto domino nõ ſeruiũt
ſed uentri ſuo ſeruiunt,& per dulces benedictiones ſedu-
cunt corda innocetiũ. Graphice certe & ſuis quaſi colori
bus depinxit Apoſtolus huius noſtrę ætatis rectores,qui
ſe doctores & Euangeliſtas p̃dicant. Non uana eſt Chri
ſti p̃monitio: Cauete uobis(inquit) a fermẽto,id eſt,do-
ctrina Phariſęorum,qui ſunt quaſi ſepulchra mortuorũ
foris faciebus & perſonis ſpecioſi,intus pleni ſunt oſſib⁹
mortuorum,& putræ turpitudinis cadauer. In doctrina
uerbi non eſt ſecundum faciem iudicãdum,ſed iuſto ſpi
ritus & fidei iudicio. Maledict⁹ qui ponit ſpem in homi-
ne & ponit carnem brachium ſuũ, quod facit, quiſquis
hac una ratione laudat ſuſcipit exoſculat̃, quicquid tra-
dat Papa,ꝙ Papa eſt,id eſt ꝙ homo eſt,nihil diſpiciens,
prauum ne ſit an rectum,quod per eum ſtatuatur.

Stultitia paſtorũ, grex diſpergitur

¶ Vere dicitur & o utinam non tam uere apud Hiere-
miam. Quia ſtulte egerunt paſtores,& dominum non
queſierunt,propterea non intellexerunt,& omnis grex
eorum diſperſus eſt. Item apud Apoſtolum. Pro eo ꝙ di
lectionẽ ueritatis non receperunt in hoc ut ſalui fierent,
propterea mittet illis deus efficatiam illuſionis,ut credãt
mendacio,ut iudicentur omnes qui non crediderunt ue
ritati,ſed exprobauerũt iniuſtitiam. Quoniã(dicit alibi)
non probauerunt ut deũ agnoſcerent, tradidit eos deus
in mẽtem reprobam ut facerent quę non conueniebãt.
Prophetæ(dicit Hieremias)prophetabant mẽdaciũ, &
ſacerdotes applaudebant manibus ſuis & populus meus
dilexit talia. Quid igitur fiet in nouiſſimo eius? Quis ob
ſecro non pituoſi iudicĳ,hoc ſęculum excutiens,non ui
det uero eſſe ueriora,quæ cum Hieremia præcinnit tot
locis Apoſtolus? An non uidemus gregem dei diſper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

ſum paſtorum iniuria & Pontificum tyrannide: quæ tã tum bullatiſſimis bullis, tyrãnicis oppreſſionibus, Sathanicis deuotionibus (paſtoribus ſcilicet armis) in creditã ſibi plębeculam deſeuiunt, graſſantur & uaſtatores agũt uulpibus & lupis longe præſentiores. An non manũ domini (in quam horrendum eſt incidere) uidemus ſuper nos, ꝙ uerbum domini ereptum ſit a paſtoribus, idq; iuſto dei iudicio, ꝙ nos, prophetãtibus mẽdacium, applaudimus & auſcultamus. Hæc tempora longe ante nobis futura minatur deus apud Zachariam: Ecce ego ſuſcitabo uobis paſtorem in terram, qui derelicta non uiſitabit, diſperſum non queret, & contritum non ſanabit & id quod ſtat non mutuet, & carnes pinguiũ comedet ut ungulas eorum diſſoluet. Hoc uaticinium impletum ingemiſcit quiſq; pius. Futurum equidem uideo, ut anima noſtra fame ſit interitura, niſi e ſupnis miſericordiæ aliquod ſydus nobis effulſerit, quod has tenebras, hãc glauconicam, ab oculis noſtris rectorũ mendacijs præſtigiatis depellat, & lucem reſtituat, quod hoc iugum Babilonicæ captiuitatis poſt tot annorum ſæcula, uel tandẽ excutiat, quod has pingues uaccas in monte Samarie calũniam facientes ægenis, & confringẽtes pauperes (ut eſt apud Amos) digno feriat iudicio, quod deniq; hos operarios iniquitatis, uentres, canes, malas beſtias, uentricoſos uiduarum comeſtores, aut lumine Beet æterno, aut in tartara præcipitet, ne ad unum omnes deſcendamus ad inferna uiuentes. Libera deus Iſrael ab omnibus tribulationibus ſuis.

Paſtorem a mũere pror ſus deſcẽdẽtem ſuſcitat dñs ſtulto populo.

Miſeria captiuitatis Chriſtianę.

ℭ Iam Apoſtolicum munus eſt (quod Chriſtus iniunxit). Paſcere gregem domini, ire in orbem uniuerſum prædicare Euangelium omni creaturæ. Quare audiat, quiſquis Epiſcopatũ aut Paſtoratum fungitur in terris Petrum ſeniorẽ, qui coapoſtolos cohortatr in hęc uerba.

Paſcite gregē dei quæ in uobis eſt(non ſunt ergo Chriſtiani Papæ grex,ſed dei ædificatio tantum)prouidentes bona non grauatim, ueluti coacti,& in triſtitia, ſed ſpontaneæ & alacri animo, nihil aliud ſpectantes,q̄ ut negotium Chriſti q̄ rectiſſime geratur . neq́ id turpis lucri gratia,quo æratis arcis conſulat. Huc em̄ quiſquis ſpectauerit paſtor,hoc tēporarium quiſquis uenatur p̄mium Epiſcopus,ab illo æterno p̄mio & diurno denario(quo cum Chriſto pactus cōuenit)excidet. Iuxta ſcitum Seruatoris & domini uineæ: Amen dico uobis,receperūt mercedem ſuā. Hodie(proh nefas) plures ſunt in Eccleſia comeſtores & uoratores q̄ operarꝭ. A quorum ſtudio totus diſſentit Apoſtolus,qui nō datum ſed fructū requirebat,labore manuum uictum queritās, ne cuiq́ oneri foret, q̄q̄ alioqui iure optimo licuiſſet eorū carnalia metere,quibus ſpiritualia ſeminaret. Hodie tā tū nūmos occupantur. Salutis Chriſtianę poſterior non dicam eſt ratio, ſed nullus,perinde ut Megarēſium (qđ habet prouerbium)plane reſpectus. Omnes enim diligunt munera.

¶Nunc Petrum audiamus,qui ſubdit:Neq́ dominātes in clero. Per quod liquido teſtatur,non dominos aut reges eſſe in ſubditos magnates Eccleſię,ſed miniſtros & diſpenſatores miniſteriorum tantum,qualis haberi uoluit Apoſtolus,atq́ adeo primus Apoſtolus dicens: Sic nos exiſtimet homo,ut miniſtros &c. Ex quibus clarere poteſt,rectores & miniſtros uerbi accumbentibus lōge inferiores eſſe. Quis enim maior,qui recūbit aut qui miniſtrat?Nonne qui recumbit? Nūc contra imperant gregis Chriſtiani ſpeculatores,& cum potentibus ſæculi imperio decertant. Venerat Chriſtus ut miniſtraret, non ut ſibi miniſtraretur,forma ſerui accepta,quo inſinuat,ut quemadmodū ipſe ambulauit qui uerus eſt do-

Accūbēs populꝰ,eſt miniſtrāte prę lato ſupior, iuxta Chriſti eulogiū.

minus,qui uerus eſt Epiſcopus,ita oporteat & miniſtros ambulare. Exemplũ humilitatis dedi uobis,ut ſicut ego feci uobis,ita & uos alter alteri faciatis, dicit Seruator. Quamobrem exemplaris ſui non neſcius Petrus,proſequitur ſuos commonefaciens coapoſtolos. Sic curam agite dominici gregis paſtores,ut ſitis exemplaria gregis,ut cum apparuerit ille paſtorum princeps, reportetis immarceſſibilem gloriæ coronam. Hey,tuba cœleſtis, non ſine lachrymis memoranda. Expendãtur hic cum Epiſcoporum omnium, tum Papæ ſtudia,excutiatur uita,examinẽtur mores:vbi dominici gregis ſtudium? vbi Euangelicæ uitæ exẽplaria? vbi mores Chriſtiano digni? Profecto præpoſtero ordine & mutatis uicibus,uidebis cũcta inuerſa,& nihil minus curare Paſtores, ꝙ ut præſint ſcientia & doctrina, tum uitæ ſanctimonia. Dominus vbi amoris ardorem in Petro deprehendiſſet,& alĳs eũdem teſtatus eſſet quo in Chriſtum & ſuas oues incaleſceret,commiſit paſcẽdas ouium caules,non exugendas,non mactandas,non uaſtandas,cęterum ius dominĳ ſibi uni reſeruans. Paſturus es autẽ gladio ſpiritus,quod eſt uerbum dei,quod unum eſt & efficax,penetrabilius omni gladio ancipiti,pertingens uſqꝫ ad diuiſionem animæ & ſpiritus,compagũ quoqꝫ & medullarum. Hũc inquã gladium lego Epiſcopis traditũ, quo quicquid aſperulum eſt dedolarent:quicquid infirmiuſculum,confirmarẽt:quicquid confractum,reſtituerent. Si cuius alterius gladĳ vſum habeant celebrem, hunc non agnoſcit ſcriptura, quando & Apoſtolorum principi recondendus erat ille gladius,quem ultionis & uindictę cupidus etiã in Chriſti hoſtes exereret ꝑpoſtero ordine:ſuppudet nũc Epiſcopos illi⁹ gladĳ. Hui⁹ uero aciẽ ſtringunt in fraterna uiſcera. O digni Paſtores.

In Paſtorũ hui⁹ eui in curiam.

¶ Ad hæc ex Euãgelio. Audi Apoſtolici muneris fun-

ctionem,ſi non graueris mi frater. Illi autem profecti p̄dicauerunt vbiq; domino cooperante & ſermonem cōfirmante per ſigna ſubſequentia. Quibus anteq̄ tamen ſubiret nunciādi Euangelij miniſterium,id negotij iniunxerat dominus. Euntes(inquit) docete omnes gentes,baptizate eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti,docentes eos ſeruare quæcunq; præcepi uobis. Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationem ſęculi. Intelligitis hæc paſtores populi,auditis animarum Epiſcopi? Qua nunc audacia & temeritate Apoſtolorum ſucceſſores legationis ſuæ terminos prorogantes mandāt obſeruādum, non quod Chriſtus in literis ſacris,ſed qd̄ ipſi ex ſeſe uel queſtus gratia huc impulſi,aut imperitādi libidine affecti,præcipiunt. Si ne ipſis quidem Apoſtolis licuit extra præcepta dei quicq̄ docere,cum dicat dominus,docentes eos ſeruare quæcūq; præcepi uobis? Et penſiculatius reputa ſeriem textus. Qui docet ſeruāda præcepta dei,cum ijſipſis eſt uſq; ad finem ſæculi per manſurus Ieſus. De quibus & illud accipiēdum eſt. Qui uos audit me audit,qui uos ſpernit me ſpernit. Quapropter ſi Epiſcopi uocemini,ſi gaudetis paſtoris appellatione,ſi criſte ſurgūt Papatus titulo,curate eſſe quod auditis. Nihil minus ſunt q̄ dominatus noīa Papa, Epiſcopus, Paſtor. Paſcite(pro ueri paſtoris officio)ne qd ouiū famis impaciētia concidat. Regite(quod p̄ſidum intereſt Eccleſiæ)ne quid a ueris Euāgelicæ ueritatis paſcuis deuiet. Obſeruate peruigiles excubitores Epiſcopi, ne quid a lupulis aut uulpeculis uineam domini depaſcentibus conſcindatur,dilanietur. Inimicus enim ille diabolus,ut leo rugiens circuit querens quem deuoret. Et inimicus homo,etiam cōmiſſo terris bono ſemine,ſtudioſius eſt zizania & infœlix lolium ſuperſeminare. Vigilate ergo cum ueris paſtoribus in deſerto mūdi,ſuper gre

Cū quibus paſtoribus maneat Chriſtus

gem ueſtrum,id eſt chriſtianum populum,maxime no
ctu cum homines ebrij ſunt.Male em̃ ualẽtibus Epiſco-
pus eſt medico.Et relictis nonagintanouem iuſtis,cen-
teſimam ouem non permittatis expoſitam depredatio
nibus.

¶ Nam ſi quid interim ueſtra incuria luporum predæ
patuerit,aut in leonum dentes inciderit.Huius ſangui-
nẽ requiret dominus de manu ueſtra. Et ergo recte iu-
bet Apoſtolus.Obedite p̄poſitis ueſtris,& ſubiacete eis,
ipſi em̃ peruigilant,quaſi rationẽ pro animabus ueſtris
reddituri.Nos obedientiam debemus p̄poſitis præpoſi
ti curam nobis. Obedientiam propter curam expoſcit
Apoſtolus. Væ paſtoribus qui diſpergunt & dilacerant
gregem meum dicit dominus apud Hieremiam cap.
23.quo loco uidere licet q̃ horrẽda paſtores ſemetipſos
paſcentes tantum,maneat ſentẽtia. Et Ezechielis.cap.
34.cum paſtoribus de multis expoſtulat. Horreſco le-
gens & audiens iudicium domini ſuper paſtores popu-
li.Ad illa capita citata uos remitto,quicunq; tãdem præ
eſtis populo, ſiue paſtores, ſiue doctores,ſiue Epiſcopi.
Non eſt mihi integrũ omnia dicere,quæ hic dicenti mi
hi ſeſe ingerunt,quin plæraq; dedita opera ſint reſecan
da & ſupprimenda.

Quare debetur p̄poſitis obediẽtia

¶ Sic ſcriptũ eſt in Numeris.Iratꝰ dñs cõtra Iſrael dixit
ad Moſen.Tolle cũctos principes & oſtẽta illos cõtra ſo-
lẽ dño,ut auertatᷣ furor meus ab Iſrael.Dura ꝑfecto cõ-
ditio principũ & rectoꝝ,qui nõ ꝓ delictis ſuis modo,ſed
& ꝓ populi erratis depẽdere cogũtur:ſi horũ uel negli-
gẽtia uel indulgentia ĩ culpa fuerit,ꝙ populus deliq̃rit.
Peccauit em̃ Iſrael,& prĩcipes educũtur cõtra ſolẽ dño,
cui nihil nõ eſt apertũ,cui nihil nõ eſt nudũ.Quid em̃ tã
eſt abditũ qđ nõ orto ſole clareſcat?Producuntur ad ex
aminandum p̄ſides populi,ut arguantur in luce opera

eorum. Hæc ſi cogitarent homines, nunꝙ̃ ambirēt populi principatum, nunꝙ̃ Paſtorum partes uenarētur, & intercedente ære compararent, priuſꝙ̃ a domino tanꝙ̃ Aaron in hos faſces, in hoc honoris culmē euocarētur. Nam quotquot uenerunt in hos gradus Pontificei muneris non uocati, teſte Saluatore: fures ſunt & latrones, aliunde q̃ per oſtium Chriſtum ingreſſi. Sal terræ ſunt, qui æternæ ſapientiæ papulum adminiſtrāt. Qđ ſi illud ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihil ualet ultra, niſi ut eĳciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Si ſal inſulſum fuerit, hoc eſt, ſi doctrina Pontificū & prælatorū non fuerit uera Chriſtiana, abĳcienda prorſus erit, & ꝓculcanda pedibus, tātum abeſt, ut inſulſo ſale nos aſpergentibus & condientibus Paſtoribus ſit audiendum.

Qui ueniūt non uocati, fures ſunt.

¶ Rara omnino eſt auis, nigroꝗ̃ ſimillima cygno, quæ apoſtolatu apoſtolice fungitur. Propterea ꝙ uerbum domini humanis inuentiunculis alligatum, libere non poſſit prædicari, inclamātibus tyrannicis multorum oppreſſionibus, refragātibus tot Epiſcoporum ſtatutis, ut interim taceam, legendas ſanctorum, indulgentiarum impoſturas, fraternitatum negotia, quæ ſummo nixu ſunt, uel in cœlū ſummis laudibus efferenda, ſi uoles gratus haberi, ſi de pacta ſtipe nolis uenire in dubium, ſi metuas Prælatorum os & iuriſdictionem (quam uocant) lędere. Loquere nobis placentia, dicit populus inſipiēs, ad iracundiam dominum prouocās, quo fit, ut non alio animo, hæc ſubeant munia plæriꝗ̃ omnes (bonis Paſtoribꝰ uel in angulo uſpiam deliteſcentibus, aut nonnunꝙ̃ proſcriptis & turpiter ī exiliū eiectis) quo ſemetipſos paſcāt non oues, quo ſuam ipſi curent, non ſaginent oues. Lana & lacte nonnunꝙ̃ non contenti, niſi & deglubant & contundant & perdant. O extrema Chriſtiani gregis miſeria. Paruuli petunt panem, & non eſt qui illis porri

Cur uerbū libere non prędicetur

gat,querunt aquas,& non ſunt,lingua eorũ ſiti exaruit.

¶ Paſtoratus eſt,principatus eſt,non p̄ire opibus,non ui
tæ ſplẽdore inſignis fieri,nõ regio ĩceſſu ꝓdeambulare,
non armis & ſatellitibus etiã magnos uincere Satrapas,
non ocio & luxu Sybaritã exprimere,non deniq; poten
tiã referre,ſed hæc oĩa toto pectore execrari,& neglige-
re,tñ q̃plurimũ oĩbus tuæ fidei cõmiſſis & charitatis uin
culo colligatis ꝓdeſſe,adhortãdo,conſulẽdo,p̄dicãdo,ſo
lãdo,& ſuppetias ferẽdo.Chriſtiani eñ hoĩs ĩtereſt,non
poteſtatẽ exercere ĩ ſuos,ſed charitatẽ,quippe q̧ oẽs una
metiatur(ut ita dicã)partica nẽpe fidei communione,&
charitatis Chriſtianę ꝓſeſſione.Non eſt eñ diſtinctio in
hac religione,cũ iuſtitia dei ꝑ fidẽ Ieſu Chriſti in oẽs &
ſuper oẽs eos qui credũt.Principem te conſtituerũt dicit
ſcriptura,ne eleueris,eſto inter eos q̃ſi unus ex ipſis.Imo
Seruator p̄cipit.Qui uult ĩter uos eſſe primus,ſit oĩm no
uiſſimus.Et exẽplo Apoſtoli.Nemo infirmari debet ex
ſuis,cũ quo & ipſe non infirmetur,nemo offendi,cuius
gr̃a & ipſe non uratur.Debet ergo (dicit Hiero.) rector
eſſe bene agẽtibus ꝑ humilitatẽ ſocius,contra delinquen
tiũ uicia,per zelũ iuſtitiæ erectus,ut & bonis in nullo ſe p̄
ferat.Et cũ prauorũ culpa exigit,poteſtatem ꝓtinus ſui
prioratus agnoſcat,quatenus & honore ſuppreſſo,æqua
lẽ ſe ſubditis bene uiuẽtibus deputet,& erga ꝑuerſos iura
rectitudinis non exercere formidet.Nã liquet,ꝙ oẽs ho-
mines natura æquales ſunt geniti,ſed uariãtur meritorũ
ordine,alios alĳs culpa poſtponit.Ipſa autẽ diuerſitas ac-
ceſſit ex uitio,diuino iuditio diſpẽſante,ut quia om̃is ho
mo ęque ſtare non ualet,alter regatur ab altero.Vñ cun
cti qui p̄ſunt,non in ſe poteſtatẽ ordinis debẽt pẽſare,ſed
æqualitatẽ conditionis,nec p̄eſſe hoĩbus ſe gaudeat,ſed
ꝓdeſſe.Homo eñ brutis aĩalibus non autẽ hoĩbus natu
ra p̄latus eſt.Et idcirco ei dicitur ut ab aĩalibus nõ ab ho

Prim⁹ apđ Chriſtianos ſit infimus.

Eq̃lis oĩm hoim cõditio natura.

minibus timeãt. Terror ueſter ac tremor ſit ſuper cũcta aĩalia terræ, quia cõtra naturam ſuperbire eſt, ab æquali uelle timeri, & tñ neceſſe eſt, ut rectores a ſubditis timeantur, qui ſcilicet praue agũt. Nã principes nõ terrori ſunt recte agentibus, ſed male. Vis autẽ nõ timere poteſtatẽ? Qđ bonũ eſt facito, & feres laudẽ ab illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonũ. Vtinã hãc mẽtem induiſſent principes populi & magnates Eccleſiæ, quã Paulus cũ Hiero. hic ab eis expoſtulãt, ꝑfecto fœlicius ageret cũ Eccleſia. Nunc autẽ cauſa ruinæ populi, ſacerdotes mali.

Appellatio principat⁹ & magiſterij non eſt Chriſtianis libera.

¶ Poſtremo, uel hinc colligere licet, quãto ſtudio exemerit dñs Ieſus imperitãdi affectũ, & faſciũ potẽtiam, ut ne appellationẽ quidẽ ꝑminentię permiſerit liberam. Interdixit eñ ſuis magiſterij & dominij ambitioſa noĩa. Reges (inquiẽs) gentiũ dominant eoꝝ, uos aũt nõ ſic. Quo fit, ut nõ poſſim non mirari, hæc eadẽ uocabula ad ipſos uſq; ſummos Põtifices eſſe ſubuecta, a Theologis & Philoſophiæ ſtudioſis quaſi ꝓprio iure uendicata, cum tãtũ unus ſit dñs & magiſter noſter Chriſt⁹ Ieſus, in quo uno ſunt oẽs ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ theſauri recõditi. Vt interim taceam, Blaſphemos illos titulos & adulatorios ſcientiſſimi, reuerẽdiſſimi, beatiſſimi, Chriſti vicarij herois, ſemi dei; adde diuiniſſimi, quib⁹ pulchre certe Papæ quaſi cauda adblãdiunt Palpones Papiſtici noĩs. Et fieri nõ poteſt (quæ hoĩs genuina eſt Philautia) ut his ornamẽtis ea ſic purpurata Simea, ſibi nõ cõplaceat, ſibi nõ pulchellus uideat, & Thraſonico more ſeſe hinc nõ magnifice efferat ſerioq; triũphet. Vę duplici corde. Pereat adulator in populo, qui tantum ad gratiam loquitur.

In moabiti cũ M. N. ſupercilium.

Pauperum curare negotia, eſt apoſtolicũ.

¶ Cęterum, aliud lego ad mun⁹ Apoſtolicũ ꝑtinere: nẽpe id, qđ Apoſtolus cũ Petro ſe gnauiter obiuiſſe teſtat, vbi ſe apoſtolatu fungi gloriat, ut pauperum memores eſſent. In quo (inquit) & diligens fui, ut hoc ipſum face-

rē. Ecce ſollicitū eſt ꝑ pauperibus,eſſe Apoſtolorū & ſuc ceſſorꝝ. Qđ(ne parū momēti habere uideret̄)Chriſt⁹ ipē primis adeo editis miraculis adnumerauit, cū Ioanni nū ciari uoluit pauperes euāgelizari,futurum uidens,ut ho- mines plus ſatis ſui cōmodi ſtudioſi,hoc eſt,ſua querētes (ut cū Apoſtolo loquar)nihil min⁹ ſint olim curaturi,ꝙ̄ pauperū negocia,quos Apoſtolus ſtudioſe ſolat̄ ī epiſto la Hebręis miſſa,ꝙ direptionē facultatum cū gaudio ꝑ Chriſti noīe ſuſcepiſſent. Quib⁹ etiā erogarāt Apoſtoli (id qđ acta teſtat̄)quicqd rei obtingeret ꝑ hos qui diuēdi tis facultatib⁹ ſuis,p̄cia rerū abiecerāt an̄ pedes Apoſtolo rū. Quin & delegati erāt nōnulli,qui in hoc incūberēt ut menſis egenorꝝ,uiduarū & miſerorꝝ rite adminiſtraret̄. Hui⁹ officij ne ueſtigia qdē reſtāt apud nr̄ę etatis uel Pō tifices uel ſacerdotes,ut diacon⁹ & hypodiacon⁹ uerā ſuę ꝓfeſſionis rōnē aut neſciāt,aut negligāt,quippe quorū munus in alios tranſlatū eſt,nēpe in hos,qui ſpiritus ſan cti adminiſtratores uulgo appellitant̄. Vide obſecro mi Chriſtiane confrater,ut primeuæ Eccleſię facies ſit tota immutata,qn̄ tantū p̄culas tum frigide,tum indocte ad- murmurare cōcuſſis labris,habet̄ ſacerdotale: tum Euā geliū & epiſtolā aſininis uocibus utrūꝗ diaconū erugire in deorū phanis, plane regium putetur & celebre,ut hij tandem ſuas recte partes egiſſe dicant̄ oīm acclamatio- nibus populariū,qui cantu,uoce,lingua uocales agunt. Stentores, & Muſſatores,nullo habito reſpectu,num ut ſpiritu ita & mente pſallatur,adeo ut ueram eorum eſſe ſententiam credas,qui uelint Comediam tantum eſſe ui tam hominum,idꝗ in nullo negocio efficatius clareſce- re,ꝙ̄ in diuinis rebus & Eccleſiaſticis ordinibus.

Facies pri- meuę eccle ſiæ prorſus immutata.

Comedia & uita Eccle- ſiaſticorꝝ.

¶ Docuimus hacten⁹,quid uerus atꝗ adulterinus Eccle ſię p̄fectus intereſt,nō nullis obiter inſertis,quę corruptū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Eccleſiæ ſtatum querulētur a uera defeciſſe prorſus relli gione ad Iudaicā quādam ſuperſtitionē, ut quoquo uer ſum flexeris oculos nihil audias, q̄ inanem extincta fide operū iactantiā, & Pharizaicū Rabbinorū ſupercilium: nihil uideas, q̄ frigidas ceremonias & uanā ſuperſtitionē ne dicā idololatriā, nihil ſentias, q̄ oēs in ſuā meſſem pecuniariā eſſe peruigiles, ſua tantū negotia curare, neglectis plane Chriſtianæ pietatis obſequijs. Nunc reſtat, ut Epiſcoporū mādata cuiuſmodi eſſe debeāt, diſpitiamus, & quatenus Chriſtianos queant obligare.

Nemini ſine ṽbo credendum.

¶ Primo loco, in conceſſo eſſe debet p ſcripturas iamdudū citatas, nemini ſine uerbo credendū, id qđ Hierony. aſtruit ad Gal. 5. cap. Cui aſſentitur Aug. in hæc uerba. Charitas (inquit) definita ab Apoſtolo, habet duo præcepta, dilectionis dei & dilectionis proximi. In nullis ſcripturis aliud inquiratis, nemo uobis aliud p̄cipiat. Hęc ille. Quare quicquid p̄cipiūt p̄lati p̄ter uerbū dn̄i, letifero peccato non reddit nō obedientes obnoxios: qm̄ ꝓbatū eſt, nihil p̄terea iuris competere ſuper Chriſtianū hominē, q̄ ut uerbi dei agāt doctores, & miniſtros re ipſa referāt, ut quorū poteſtas data ſit in extructionē fidei non deſtructionē. Mādata itaq̄ pōtificea, quatenus hāc charitatē uel iuuāt, uel fouēt, uel ꝓmouēt, ſunt attēte obſeruāda, idq̄ in ſpiritus libertate, hoc eſt, non quaſi ex legiſlatoris imperio hic coacti. Qđ ſi qn̄ Chriſtianæ rei ratio exigat ut expēſis circūſtātijs & rei euentu, diuerſum ab ijs fieri uideatur, operepręciū, licēter reclamat quilibet Chriſtianus, & mādatū hoīm poſthabet charitatis officijs, id quādo ita uſu ueniat, facile quiuerit internoſcere ſpiritualis, qui dijudicat oīa (teſte Apoſtolo) neq̄ a quoq̄ iudicatur. Verum enimuero: ſi offenſio proximi timeatur p hanc inobediētiā: ꝓfecto quatenus obtēperare licebit imperātibus: non periclitāte ueritate: nephas fuerit nō obedire,

Præceptū charitatis omnes cōſtringit.

non,quia hoc p̃ceptũ ab hoĩe ꝓficiſcit̃,ſed quia expoſtu
lat charitas, quẽ in modum Petrus male audit a Paulo,
ꝙ ſimulate egerit apud gẽtiles interueniẽtibꝰ Iudęis,q̃q̃
ſcãdali rõne in hãc deſcẽdiſſet ſimulationẽ. Iniurius em̃
erat Chriſtianæ libertati,ꝙ obſeruãda ueluti inſinuaret
legalia Iudæis. Qđ ſi ergo in has anguſtias ſis coniectus,
ut auribus lupũ tenẽs,dubius ſis,cõtenendũ ne ſit impe-
rium p̃poſiti an uero minus. Hinc metu ſcãdali coactus
ut pareas,illinc ueritatis reſpectu ab obediẽtia retraharis,
certe p̃ſtiterit, periclitari proximũ, qui reſtitui poteſt, q̃ꝫ
ueritatẽ labefactari,qđ impiũ eſt;ſecũdũ exẽplum Petri
iam pauloante inductũ. Alias ſine iniuria ueritatis ſum-
mo opere cauendũ,ne ledant̃ fratres.

Preſtat pę-riclitari ꝓ-ximũ q̃ꝫ ueritatis labefactare rationem.

¶ Nõ erat obſcurũ Apoſtolo,oĩm ſibi poteſtatẽ ꝑ Chri-
ſtum traditã,& liberũ factũ cum dicit. Omniũ mihi pote
ſtas eſt,at ego ſub nullius redigar poteſtatem. Ecce pote
ſtas,ecce libertas fidelis animę. Libertatẽ tñ cõſtringens,
dicit oĩa ſibi licere,ſed nõ oĩa expedire;quõ,quę licet nõ
expediũt? Licebat Chriſto nõ depẽdere uectigal,at non
expediebat,ꝑ fratrũ offenſionẽ,& cõmunis pacis rõnẽ.
Licebat Apoſtolo,nõ circũcidi Timotheum,at non ex-
pediebat;condeſcẽdebat em̃ Iudæorũ in Chriſto infan-
tiæ,ꝙ quaſi ui & importunitate nequirẽt diuelli & abrũ-
pi ab operibus legis,ſed ſenſim induci. Nã vbi iſtud non
metuebat,Tito declarauit circũciſionẽ nõ neceſſariam.
Simili exẽplo dicit: Si eſca offendit fratrẽ meum,haud
quaq̃ ueſcar carnibus in æternũ;cum tñ nõ eſſet inſcius,
eſcã deo nos nõ cõmendare. Nõ eſſe regnũ dei eſcã & po
tum. In ſumma,alter alteri ſeruire debemus per charita-
tem,ut exuberet mutua noſtra charitas cuiuſq; in alterũ
qđ ſcribit Philippeñ. Sed huic charitati nihil eque eſt ꝑ-
nicioſum,atq; humanarũ legum & Decretaliũ amplum
illud & uaſtũ mare,quibus ſic abducunt̃ hoĩes in huma-

narũ cõſtitutionũ ęſtimationẽ & ſuorꝝ operũ fiduciã,ut parũ deferãt charitati,id qđ de foris eſt calicis purgãtes, dũ tãtũ huc ſpectãt,ut traditiones hoĩm integre ſeruent.

¶Vt ergo ſummatim dicam. Quæcũq; maiorũ p̃cepta quæcũq; ſuperiorũ traditiones,eatenus nõ ſunt negligẽda,quatenus & mutuę dilectionis & coĩs pacis rationi nõ aduerſent. Tũ em̃ cũ urget res chriſtiana ut legibus parẽdum ſit Põtificeis,ne reſpicere quidẽ legẽ uolumus,cũ nõ hoĩm cõſultis,ſed charitatis legibus ſeruitutẽ debeamus,ut quæ una ſuggeſſerit quæ libero ſint animo ſubeunda,aut cũ cõſciẽtiæ dictamine negligẽda,quo ſobrie iuſte & pie uiuẽtes in hoc ſęculo, expectemus beatã ſpem & aduentũ gloriæ magni dei. Sobrie nobis,iuſte fratribus,pie deo. Alioqui ab hac mente deuiãtes,efficeremur plus q̃ ſerui hoĩm,nullo pacto uolũtarie ſacrificantes,precio empti eſtis,nolite effici ſerui hoĩm. Qđ ſi huius gñis ſint mãdata p̃latorꝝ,ut charitate illeſa,nõ ſuſpiciant,non credo mortiferũ pctm̃ ab ijs calculũ reducere, maxime, qñ ſpiritus & fidei teſtimoniũ intus non refraget. Alias quicquid nõ eſt ex fide,pctm̃ eſt. Peccas enim,ſi renitẽte cõſciẽtia,facere negligis qđ ꝑ ſe tñ nõ ſit p̃ceptũ. In hãc libertatẽ uocati ſumus,tantũ,ne libertatẽ in occaſionem carni dem⁹,id qđ facit,quiſq; Chriſtianę libertatis occaſione licẽtius peccet,charitatis officia p̃termittat,quæ legis eſt plenitudo. Vbi ſpiritus dñi ibi libertas: Spirit⁹ reddit teſtimonium cõſcientiæ,q; ſimus filij dei.

Caritas ſuggerit q̃ mẽte parendũ erit Põtifici

¶Nũc hoc reliquum eſt. Si Papã,Epiſcopũ,Prælatum, nihil poſſe ſtatuere,quin eius ſtatuti iudiciũ liberum maneat apud Chriſtianũ,ut ſi inhoneſtũ ſit qđ p̃cipit,nõ ſit p̃cepta obediẽtia. Si ĩdiſcretũ crudelitatis nomẽ emereatur. Si alienũ a rõne charitatis ſit,tyrãnico ſpiritu ſit dignum qđ agit. Huiuſmodi em̃ tãtum p̃eſſe uolũt,nõ ꝓdeſſe. Satis hãc ſentẽtiã Aug. aſſerit ad fratres in Heremo. Inſuper Papa quãtumuis Papa,uel ſemideus ſi uis,

Cuiuſmodi debeat eſſe ſtatutũ p̃lati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

ſubiacet correptiõib⁹ uel minimi Chriſtiani,quãtũuis de
ſpicati recti⁹ & fœlicius ſapiẽtis. Iuxta Pauli teſtimoniũ:
Porro,ſi cui reuelatũ fuerit aſſidẽti,prior taceat. Quẽad-
modũ em̃ Chriſt⁹ ſemet mihi totũ impẽdit,ita uiciſſim
me in fratrũ uſus totũ impẽdere debeo,ut impẽdar pro
aĩabus ueſtris dicit ille. Et ſicut ipſe factus nobis ſerua-
tor,ita & nos proximis ſeruatores eſſe p̃cipimur. Effici-
mur autẽ ſeruatores,cum ꝑ correctionẽ fraternã reſipiſ-
cit tandẽ cõfrater. Amẽ dico uobis ait dñs:Si audierit te,
lucratus es aĩam fratris. Sic aĩam ponimus pro fratribus
noſtris,ut Chriſtus ſuã poſuit ꝓ nobis. Etiã Papa nobis
eſt frater,etiã cum abiectiſſimo homũcione cohæres,&
cum quouis fideli mẽbrum in corpus Eccleſię inditum
cuius Chriſtus eſt caput:ut ſi doleat unũ mẽbrum,cõpa
tiant̃ & cætera mẽbra,ſi glorificet̃ unũ mẽbrum, ſimul
gaudeãt & alia mẽbra. Quid mirũ ergo ut cum deſipiat
Papa(ſi cætera paria ſint)mẽbrum copoſiorẽ habẽs de-
corem,arguat̃ a mẽbris corporis quæ uident̃ imbecillio
ra. Hic tñ maxime neceſſaria,Vna fides,unũ baptiſma
una merces,unus deus,oĩa unũ. Permultũ ergo ad me at
tinet ſi reſtituã q̃ poſſum qđ hãc unionẽ in Chriſto diſſi
pet & reſcindat. Nomẽ Papæ,nõ efficit chriſtianũ:Sed
fides ꝑ grãm Ieſu Chriſti. Daniel humilis ꝓpheta p̃sbi-
teros iudicat. Chriſti hũilitas graue Phariſęoꝝ ſupciliũ
cõtũdit. Chriſti ſtultitia ꝑdidit ſapiẽtiã ſapiẽtũ & prudẽ
tiã prudẽtũ reprobat. Chriſti obſcuritas Scribarũ eluſit
ſplẽdorẽ. Sic ergo ſubditi ſumus om̃i humanæ creaturę
ut qui nos cũ uerbo Dei arguat recteq; inſtituat, hic no-
bis ſit Papa,hic Epiſcopus,hic paſtor,hic domin⁹. Eſto
uel plębeius uel illiteratus uel quiſpiam ſubſellĳ. Ad quẽ
reſpiciã dicit dominus,niſi ad hũilẽ & quietũ & tremen
tem ſermones domini. Facit triplex corona:in cauſa eſt
auro lucẽs Palla,debet̃ galeri faſtigio. Ampla efficiũt ſa
cerdotia ꝙ uerbũ dñi ab humilib⁹ ꝓfectum,ludibrio ſit

Quãdo effi cimur alter alteri ſerua tor.

& probro ut nō liceat libere niſi capitis paratus ſis adire periculis p̄dicare. Apud Rabbinos hodie reuera ſic agi uidemus, uti apud Iudæos ætate Chriſti. In peccatis (inquiūt) natus es totus, & tn̄ doces nos? Bone deus, q̄ inuiſus & nō ferēdus eſt Chriſti p̄co his tumidis & inflatiſſimis Moabitis. Dñ noſtris iſtas terris auertite peſtes.

Nō eſt metuendū fulmē iniuſte tortum.

¶ Tum ſi quādo p̄cipiat̄ qđ nihil minus reſipiat q̄ Euāgelicam & Chriſtianā pietatē, noli deterreri, aut concuti fulminibus, execrationibus, maledictionibus Papiſticis, e bullis tantum (hoc eſt charta & ſigillo) ſpirantibus inane fulgur. Nā ipſe excōmunicās, prius erat excōmunicatus a deo iudice (iuxta illud. Si quis uobis aliud nunciauerit, execratio ſit) q̄ diris deuoueret ſibi inobediētes. Anathematizatus aūt, nō poteſt excoīcare. Quare magis metuēda eſt ea maledictio, Væ uobis qui dicitis malum bonū, & bonum malū, &c. q̄ hæc ex humana tyrannide uſurpata. Scriptū eſt em̄. Maledicēt illi & tu benedices. Vt taceam interim: Ipſum ſeſe perdere, qui innoxiū moliatur perdere.

Fidelis, eſt ſupra legē.

¶ Porro, quoniā iuſto nō eſt lex poſita, ſed tm̄ iniuſtis & incredulis, ideo ſupra legē eſt quiſquis ſpiritu ſancto ſui habet rectorē. Alia enim nō eſt legis cōſummatio, q̄ ut charitas dei diffuſa ſit in corde hoīs. Quā qui tenet cum deo unus iam effectus ſpiritus, uere cū Apoſtolo loquit̄. Viuo iam nō ego, uiuit in me Chriſtus. Qui fit ergo, ut iuſtus lege opus habeat non iuſtificante, qui mortuus eſt pctō, & uiuit Chriſto, imo in cui⁹ corpore mortuo ip̄e uiuit Chriſtus? Qui ſpiritu ducimini nō eſtis ſub lege, hoc eſt, nō eſtis debitores legis, quia impletis legē. Dilectio ſiquidē eſt legis plenitudo. Nā qui ſub lege ſunt, in operibus carnis ſunt, carni ſeruiētes, ex triſti nimirū affectu & neceſſitate legis: etſi nō ſine hypocriſi legis uideant̄ fructuoſi impletores. Verū hilarē datorem diligit deus, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

hilari corde & in ſpiritu ſuauitatis,non habita legis p̄cipientis ratione bene facit,quid facit,quod alioqui lege p̄ceptum erat. Sic ĩtelligo q̄d Paulus ait. Lex ſpiritalis eſt, ut qui faciat opus legis etiam morale,legis coactione legem carnaliter obſeruet,neq; legi ſatiſfaciat. Sed qui ſpiritu fidei & ex animi bona promptitudine facit opus legis etiam corporale. Huic tandem uere lex eſt ſpiritalis, & hanc germanam legis impletionē ſolus ipſe dona ſpiritus uiuificans impium,quo quęq; pium certū eſt agi. Hæc ſi de diuinis etiam legibus ita ſunt accipienda: an non,multo magis eadem cenſura & humanæ conſtitutiunculæ ſunt iudicandæ? ut utriſq; legibus non obſtantibus,nemini quicq̄ debeamus,niſi ut inuicē diligamus.

¶ Mira profecto & non ferenda p̄ſumptio pręlatorum, qua hoĩem Chriſtianum qui æterna illa & uera lege regitur,Chriſto nihil dum ueneratur,nouis imperijs onerare. An pſaltes delirat dicens: Dn̄s regit me & nihil mihi deerit? Et Eccleſiaſticus. Venerunt mihi pariter omnia bona cum illo. Num parabola illa Euangelica,de fortiori armato ocioſa cēſetur,quo præſente,nihil eorū quę ad pacem ſunt,deeſſe prohibentur? An quid iuſtitiæ iuſtorum deſit,quid humanarum cōſtitutionum obſeruatione ſit petendum? Si ſpiritus ſanctus in corde uiri iuſti hoſpitatur,& habitat (ſicut dicit dominus: Habitabo in eis,& ambulabo in eis,& alibi. Ad eum ueniemus & māſionem apud eum faciemus). Quis ille queſo fidelis animæ rector præter ſpiritū,qui ſuggerit omnia? Quis animæ leges præſcribere habet,præter eum,qui operat̃ oĩa in omnibus? Num Papa eſt,qui hic cū ſpiritu dei de imperio decertet? Abſit. Item. Si Chriſtum habeam penitiſſima animi penetralia moderantem,cui data erat oĩs poteſtas,tum in cœlo tum in terra,quomodo non habeo unam cum Deo poteſtatem mihi gratis donatam? Qui

Præſūptio prælatorū.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

ſemetipſum nobis donauit,quō non omnia nobis cum ipſo donauit querit Paulus. Ecce ex his cōſequit̄, ſi fidelis ſis,nihil tibi rei eſſe cum Papa hoïe,nihil ſperandum ab quouis homine,quin quicquid datum ſit Papæ,& p̄latis,id domi habeas,quātum attinet ad dona ſpiritus ad uerā beatitudinem. Rex meus,dn̄s meus tu es deus. Dilectus meus mihi,& ego illi. Ip̄e deducet me ad uitę fontes aquarum,dicit ſpōſa Chriſti anima fidelis hominis. Oro te domine Ieſu ut hac unione in tranſferar,in te rapiar,in te totus ardeam,tuo corpori inſerar,ut deniq̧ tecum unus efficiar ſpiritus,ut uel ſic diſcam. Non confidere in principes,nec in filios hominum,in quibus non eſt ſalus. Impoſuiſti enim homines ſuper capita noſtra, qui alligant nobis onera importabilia, & digito nolunt ea mouere. Audi tandem nos clamantes ad te,& dirūpe faſciculos deprementes nos,diſſolue iugum captiuitatis noſtræ. Audi gemitus compeditorum,& ſolue interemptorum uincula. Sed pergo.

Fideli nihil rei eſt cum Papa hoïe.

Orō eccl̄iæ.

¶ Si quid boni ab humanis legibus & Pontificeis decretalibus mihi poteſt obuenire quod meam ſalutem promoueat,longe id facilius,longe purius,lōge ſuauius,lōge id locupletius donabit deus diues in omnes qui inuocant nomen eius. Ab hoïe tanq̄ hoïe,nihil p̄ter mendacium expecto. A deo autē ueritatē: cum neq̧ fallere uelit,neq̧ falli poſſit. Maledictus qui ponit ſpē in hoïe. At benedictus qui uenit in noïe dn̄i. Vani filij hominū, mēdaces filij hoïm ut decipiant. Fidelis eſt & uerus dn̄s, qui dabit poſtulantibus ſe ſignificationē. Loquere ergo domine,audit ſeruus tuus. Audiam quid loquat̄ in me dominus,nō inclinabo aures meas ad uerba loquētium iniqua. Eme tibi a me argētum(ſuadet dn̄s) ignitum,ut locuples fias. Filij hominū,uſquequo graui corde: ut quid diligitis uanitatem & queritis mendacium.

❡Hactenus de libertate Chriſtianæ mentis: Deinde de authoritate Pontificia qualia diſſeruimus. Nunc quã ſer uitutẽ corporis debeamus uel proximo uel magiſtratui uiſum eſt paucioribus indicare. Et ſi quis uelit ſequẽtia de utraq; poteſtate ex æquo interp̃tari, equidem nõ re-fragabor, q̃q̃ nõnihil interſit, ꝙ hęc prophani principis poteſtas circa corpus & corporis negocia plurimũ uerſe tur. Illa tm̃ circa miniſteriũ uerbi & charitatis occupet, qđ ſi non fiat, tyrãnis eſt, & nihil minus q̃ Epiſcopatus, quippe quæ ĳs dotibus nõ celebretur, q̃s p̃miſit Apoſto lus Epiſcopis dignas, priusq̃ bonum opus aſtruere uel-let, epiſcopatum deſiderare. Nã ſecũdum Pauli elogiũ. Epiſcopũ oportet eſſe ſubſtantiæ, famæ, dignitatis, & ui tæ cõtemptorẽ: qui ſi alĳs affectibus ſit cõtaminatus, nõ eſt Paulo neq; ulli pure Chriſtiano, pur⁹ cẽſendus Epiſ-copus.

Circa cor-poris par-tes uerſatur prophana principum ditio.

❡Mũdi itaq; ſtatus, qui partim ex impĳs, partim ex ue-re pĳs cõſtat, ſine ordine reipub. & principum ditionib⁹ non poteſt ſubſiſtere, maxime propter corpus: alias una & eadẽ eſt lex charitatis, qua cõiungunt oẽs pure Chri-ſtiani in fidei unitate per ſpiritum aggregati. Etenim ꝑ unum ſpiritum nos oẽs in unũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Græci, ſiue liberi, ſiue ſerui, & oẽs unum ſpiritum hauſimus. Et unum corpus multi ſumus, om-nes qui de uno pane & uno calice participam⁹. Vt ergo ꝓpoſitũ filũ exequar, hoc Chriſt⁹ iubet: Reddite q̃ ſunt Cęſaris Cęſari, & quę ſunt dei deo: quo nõnihil iuris ter renę ditionis poteſtati tribuere uidet. Cuius ſententiam Apoſtolus fuſius proſequit Romanis ſcribens. Deinde Petrus cum coapoſtolo ſuo Paulo in unam deſcẽdit ſen-tentiam, in. 2. cap. prioris epiſtolæ.

❡Primum itaq; oĩm cõſtat, ex Euãgelicis & apoſtolicis lr̃is neminẽ nõ fraterni obſequĳ, fraternæ charitatis eſſe

debitorem,ſi corpus reſpicias,& tamē ab omnibus liberum etiam Papiſticis grauaminibus ſi animum ſpectes, id quod Apoſtolus clare teſtatꝰ. Cum liber eſſem ab omnibus, omnium me ſeruum feci,ut plures lucrifaciā. Et ſubdit. Omnibus factus ſum omnia ut omnino aliquos ſeruem,quæ de corporalibus obſequijs ex charitate proximo debitis accipit. Vt ergo cōmodius & facilius intelligantur in quibus debetur obedientia ſuperioribus. Licet in tria genera diſſecare mandata principum. Primū,aut ſunt pure Chriſtiana & uere cœleſtia,utpote aut pacem reipublicę fouentia,aut unioni Eccleſiæ accōmoda, aut alterius in alterum munificentiā ſtatuentia. Quo caſu,parendum eſt imperijs utriuſq; poteſtatis,idq; non grauatim neq; ex p̄cipientis timore,ſed in ſpiritus hilaritate & expoſito modo,alioqui noſtra obſequia & obediens animus nobis non cederent in cumulum meriti. Quicquid em̄ ex triſti facias affectu,diuinis ſordet naribus,qui hoc loco abſolutos exprimunt dei miniſtros,cum iubēt quæ ipſe dudum mandauit Chriſtus: hęc mando uobis ut diligatis inuicē:in hoc cognoſent omnes ꝙ diſcipuli mei ſitis ſi pacē mutuo ſeruetis. Confundantꝰ omnes qui uos conturbant. Alter alterius onera portate. Cum omnibus hominibus quātū in uobis eſt pacem habentes. His inquam legis diuinæ ſcitis ſi conſona ſint magnatū iuſſa, obediendum fuerit,quia tum ſua nō ſtatuunt. Namhoc habet germana charitas(teſte Apoſtolo)ueluti propriū &genuinum,ut non querat quæ ſua ſunt,ſed quæ aliorum,ut ſuis aliena poſthabeat cōmoda,quod qui facit,is uere diligit proximum ſicut ſeſe. Is exponit animā ſuā pro fratribus ſuis. Item nullus ſibi uiuit(qđ Paulus ait) Nullus ſibi moritur,ſed Chriſto,ac per hoc Chriſti fratres,propter Chriſtum.

¶ Secūdo autem p̄cipiuntur quæ ex Diametro pugnāt

cum lege dilectionis & charitatis mutuæ ratione,tũ ma-
gis obediẽdum fuerit deo ꝗ̃ hoĩbus,& pedibꝰ & animo
a principum ſententia decedendum,ne eorum operibꝰ
malis uideamur aſſentiri,quin & reclamare licebit,& o-
portune importune inſtare,corã oĩbus arguere hos pſy
chotyrannos & animicidas. Exemplo nobilis fœminæ
Heſter & Mardochei qui nullum ſupplex honorem ini
quis principibus impendebat,ſed obſtipo capite ꝑteriẽs
plane deſpiciebat. Exemplo Hebræarum obſtetricum,
qui tam impij tyranni legibus detrectarunt nouo reper
to cõſilio morem gerere. Exemplo ipſius Chriſti,Chri
ſtianæ uitæ exemplaris,qui in Pharizaiacas traditiones
terrifico fulgure intonabat de uoce Corban,de iuramẽ
to altaris & doni:& plæriſq; alijs,per quas diuino nomi-
ni & ueræ pietati nõ parua iniuria ſtruebatur, dum ſuũ
tãtum queſtum ſectabant. Exemplo deniq; cõplurium
prophetarum,multorum Apoſtolorũ,omnium Marty-
rum,qui pœnas cum ſanguine accipere,deinde & mor-
tis adire ſupplicium optarunt,ne nomen domini & glo-
ria laudis eius obſcuraretur per tam impias in ſanctũ do
mini ſanctiones.

¶Poſtremo,quæ iubet magiſtratus,ſunt inter hæc qua
ſi media,quæ per ſe cõſiderata,ſunt aut peccata,aut nul
lius,aut æqualis precij,vbi accedit mandati ratio,paren-
dum fuerit,ſed cum iudicio.Nã ad unã charitatis amuſ-
ſim ſemper inflectenda,tũ charitatis & reipub.tranquil
litatis lancæ expendenda,ſi modo fructum ſperare ueli
mus ex obedientia. Et(ut uno uerbo dicam)Authorita
tem poteſtatis in his rebus agnoſco,quæ citra iacturam
pietatis exigũtur a nobis. Id qđ & uitæ exemplo docet
Chriſtus,qui cum eſſet nulli legi obnoxius,ſoluit tamẽ
Cæſari uectigal,non ꝙ deberet,ſed ne quid offenderet,
cum hic periculum non uerſaret pietatis. Proinde red-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

damus cuiq; qđ debemus,cui tributū,tributum:cui uecti
gal,uectigal:cui timorē, timorē:cui honorē, honorem.
His em̄ geſtis & morib⁹ q̄ optime paci & cōcordiæ con
ſulet. Et ſubditi ſimus om̄i humanæ creaturæ in his cor
poralib⁹ exercitijs,ſiue regi tanq̄ p̄cellenti,ſiue p̄ſidibus
tanq̄ ab eo miſſis. Nā oīs poteſtas a dn̄o deo eſt approbā
te,quæ in tyrānidem nō abeat,qđ hic Petr⁹ innuit,cum
addit,Ad uindictā quidē nocētiū,laudem uero recte agē
tium. Qđ ſi interim iniqui⁹ p̄māt humeros noſtros cum
ſumma iniquitate,etiā ferendi ſunt. Si quis te angariaue
rit mille paſſus,uade cum eo adhuc bis mille paſſus: q̄q;
ipſi ſic p̄ſidentes in populo,nō erunt immunes in die ul-
tionis & extremi examinis. Nā hæc eſt gratia, ſi quis ꝓ-
pter conſcientiā dei ſuffert moleſtias,affectus malis p̄ter
meritum. Hāc laudem ſibi nō merent̄ principes,ut eoꝝ
tolerem⁹ tyrānidem,ut eoꝝ p̄ſſuris & impijs legib⁹ colla
ſubdamus. Sed hocipſum uult Chriſtus,iubet charitas,
dictat cōſcientia dei. Siquidem & mali principes ꝑ Chri
ſtum regnāt,cōniuentes,ut ꝑ graue onus imperatorum
& legiſlatoꝝ hoīm,pctā noſtra tanq̄ flagellis uiſitent̄ &
corrigant̄. Quare nō eſt temere principib⁹ populi male
dicendum,qui ꝑ Chriſtum regnāt. Neq; turbādus teme
re reipub. ſtatus,Chriſtianæ libertatis p̄textu,quaten⁹ id
licebit incolumi Chriſti gloria,imo corporalia onera,tō
ſiones,perſecutiones,expilationes,oīno ferendę ſunt ob
Chriſti noīs gloriā. Oportebat em̄ Chriſtū pati & ita in
trare in gloriā. Neq; eſt,ꝙ indignemur noſtrā innocētiā
hāc tyrānidē nō cōmeritā. Quid em̄ Chriſtus ip̄e prior
cōmeruit tā male,ut dirum infamæ mortis ſupplicium
ꝓ pctōribus gratis pateret̄,qui nunq̄ doloſe egit,in cui⁹
ore nulla inuēta eſt iniquitas? Nobis tm̄ reliquit exēplū,
ut ſequamur ueſtigia ei⁹. Nulla deo gratior pacientia,q̄
ſi p̄ter meritum afflicti,toleremus & muſſemus acceptā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

iniuriá,cum obnitendo,æquanimitatis bonum deꝑderemus. Si beneficium bñficio rependitis,quæ grã uobis interrogat Seruator. In mũdo p̃ſſurã habebitis,in me aũt pacem. Pax ergo tua dñe q̃ exuperat oẽm ſenſum,cuſtodiat corda nr̃a & ſenſus nr̃os. Cõtundat̃ caro,affliget̃ uetus hõ,moriat̃ corpus pc̃ti,ut ſpirit⁹ ſaluusfiat ,ut nouus hõ reſurgat,ut noua reuiuiſcat in Chriſto creatura. Adſint flagella,ſed tu dñe da ferendi animũ. Obruant undę tentationũ,ſed dona uincendi uires. Irruãt pſecutiones,ſed e cœlo largire uictoriam. Nõ em̃ ſaluabit̃ Gygas p uirtutem,nec hõ in multitudine fortitudinis ſuę. Hęc ſic dicim⁹,ut principes ſic tõdentes,uaſtãtes,occidẽtes,ꝑ hoc tñ a culpa nõ excuſemus,quin uideant ſibi,ne poteſtate ſua abutant̃,ne fruſtra gladiũ geſtaſſe uideantur. Expectãt iudiciũ dei altiſſimi ſuꝑ ſe,ꝙ oppſſos non uindicãt,pauperes nõ erigũt,orphanos negligũt,uiduas humi deprimunt,miſeros nõ patrocinant̃,afflictos non ſolant̃,pupillis negãt ſuffragia,egenis nõ ſuccurrunt,iuſtorum cauſam nõ tuent̃. Succurrat ad hæc: Potẽtes potenter tormenta paſſuros. Item iudiciũ rigidiſſimũ futurum hĳs qui p̃ſunt. Non p̃tereat eos iudicium ſine miſericordia laturos,qui nõ faciũt miſericordiã. Dixi.

¶ Appendix a typographo adiecta.

Cõcluſiones aliquot doctiſſ. M. Philippi Melãctonis.

¶ Primũ ergo, Qui docẽt ſcripturã,ſic audiendi ſunt ut Chriſtus: Iuxta illud. Qui uos audit,me audit. Nã ad ſcripturas nõ ad traditiões hũanas ꝑtinet,ut patet,cũ ĩquit. Qui ꝓphetã noĩe ꝓphetę receperit,nõ pſeudoprophetã. Secũdo. Si quid cõtra ſcripturam docuerint, nõ ſunt audiendi. Act. 5. Oportet Deo magis obedire q̃ȝ hoĩbus,& Mat. 15. Irritũ feciſtis mãdatũ dei ꝓpter traditionẽ ṽr̃am. Tertio,ſi quid p̃ter ſcripturã ſtatuerit,in hoc ut cõſcientias obſtringant,nõ ſunt audiendi. Nihil em̃ cõſciẽtiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

obligat niſi ius diuinū. De his loquebat̃ Paulus.1. ad Timoth.4.vbi doctrinas dæmoniorū uocat legẽ de cœlibatu,de cibis interdictis quæ q̃q̃ nō uideantur aduerſari ſcripturæ,ut quæ per ſeſe nō ſint mala. Malus em̃ cœlibatus nō eſt,Abſtinere a carnibus malū nō eſt. Sed impia hæc ſunt,ſi peccare te putes vbi diuerſum feceris. Impia docent,qui cenſent peccare eū,qui horas canonicas nō legerit,qui carnem ederit die ſexta aut ſeptima, &c.Nō autẽ poteſt Epiſcopus Chriſtianã cōſciẽtiã uincire.2.Corinth.ultimo. Data eſt nobis poteſtas non in deſtructionem,ſed ædificationem.

Quarto.Si nō oneres cōſcientiã Epiſcopi lege, ſed pro onere externo interp̃teris, ut ſolent ſpirituales,& ĳ qui intelligūt cōſciẽtiã uinciri nulla lege humana poſſe.Sic iudicabis de lege Epiſcopi, ut de tyrãnide magiſtrat⁹ ciuilis.Quicq̃ em̃ Epiſcopi p̃ter ſcripturã imperãt,tyrannis eſt.Nã imperandi ius nō habẽt. Feres ea onera propter charitatẽ. Iuxta illud:Qui te percuſſerit in dextrã, obuerte & ſiniſtram. Porro ſi ſine ſcãdalo poſſis diuerſum facere,nihil uetat,Vt ſi ſine motu publico poſſis effringere carcerẽ,in quo a tyranno uinctus teneris nihil uetat. Iuxta illud. Si potes liber fieri, magis utere.Et Chriſtus diſpẽſauit de traditionibus phariſaicis.Matth. 9.&.12.De legibus autẽ ciuilibus nō diſpẽſauit.Et phariſaicis legibus diſpenſandis liberiores ſumus,ut quæ & priuatim ſingulorū magis quã cōmunia onera ſint,& cōſcientiã facile illaqueant.Sunt autem oīm legum humanarū & regula & diſpẽſatio,fides & charitas,adeoq; & neceſſitas.Hæc liberat ab oībus traditionibus,ſicubi uel etiam uel corporis uita per traditionem adducta fuerit in diſcrimen.Hactenus ex Melanctone.&c.

FINIS.

Regnãtibus impĳs,ruinæ hoīm. Prouer.28.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40

Bar

LW5-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
233 F 40